

Böcsük is rendeltettek, kik az irtásföldeket megbecsülnék; de ezt a küldöttség mellőzte.

Az egész hónap száraz, kevés esővel és 3—4 napi hideg széllel.

Julius kezdete hideg szél; majd forró meleg. A széna takarodás legjobban történt meg; de a kert szomjas. Kajárott, valamint sok más helytt, a jég sok kárt tett. Bakonybélben a meszes buza tiszta, a méz nélküli üszögös; a rozs szemét megfojtá a hőség. A hernyó kevés gyümölcsöt hagyott meg.

6—11. Atyafi látogatás Fidellel Iványban és Salamonfán. A sopronvármegyeiek jó termést várnak; de már a vasiak középszerűt. — Az országgyűlés akadóz, különösen Rádai Pestmegyei választott, de a kormány által eltiltott követ miatt.

Az egész hónap száraz minden eső nélkül, a föl és alszelek, sokszor dühöngve amazok, folyvást válták egymást, de felhőt csak egyszer hoztak, fájdalom, ekkor is szárazokat. Minden aszni indul. Az aratás még is itt Bbélben meglehető; de sarju alig lesz.

Aug. 2-dikán délután eső fölszéllel, eleje és vége csendes, közepe zápor; de rövid volt s aztán csillagos éj.

3. Reggel az ég lassanként beborult és fölszél lengedezett . . .

Eddig, e napig vezette boldogult Guzmics Isidor apát jegyzetét, írta utóbb ide Szkaika Kandid. Ugyanő jegyezte föl szept. 1-hez: Elvégre minekutána (Guzmics) a commendatio animae és a Miserere psalmust csendesen meghallgatta volna, érthetőleg mondá: Domine Jesu Christe miserere mei, in manus tuas commendo spiritum meum, jobb oldalára fordult ön erejéből és kiadá nagy lelkét délután 1¹/₂ órakor.

Közli: SÖRÖS PONGRÁCZ.

ADATOK MIKES KELEMENRŐL.

I. Országgyűlési végzés Mikes Kelemen számkivetéséről.

Sub generali universorum Statuum et Ordinum trium nationum principatus Transilvaniae dieta ad diem 1-um Januarii 1717 in regia liberaque civitate Cibiniensi celebrata, die 25-to ejusdem mensis et anni comparente regio gubernio in praedictorum confluxu Statuum in rebelles transilvanos Rákóczi asseclas promulgata per secretarium gubernalem sententia.

Quandoquidem *Clemens Mikes de Zágou*, Joannes Cserei de Ajta, Michael Kálnoki de Csernáton, Joannes Joó de Thorda, Joannes Pápay, Michael Hajdu alias Dósa de Makfalva, Andreas Csáki de Déva ante aliquot annos perduellionis caput Rákócziium, aliosque pacis publicae turbatores consocios, non tantum nefarie secuti sunt, sed et contemptis ex innata pietate Austriaca per patentes publicatis amnistialibus ipsiusque ultima re rebellibus indubiae transactionis Szatmáriensis clausulis, in eadem infidelitate contumaciter et obstinate perseverant, repetitis vicibus oblatam

caesareo-regiam clementiam repudiando ad hodiernum usque diem patriâ extorres manent. Eusdem itaque praespecificatos vigore praedictae transactionis anno 1712 die 30-ma mensis martii factae et publicatae, necnon juxta patriarum legum dictamen criminis laesae majestatis per obstinationem duplicati, reos et sotes unanimiter agnoscimus, tanquam legitimi et haereditarii principis sacratissimi imperatoris domini domini Caroli VI-ti, principis Transylvaniae, patriaeque hostes perduelles, ut caput, honores, bonaque omnia tam mobilia, quam immobilia comitatensia aequae ac siculicalia, avitica ac aquisita integre et in totum amittant ex consensu excellentissimi domini generalis in Transylvania armorum suae majestatis sacratissimae praefecti, qua commissarii regii, juxta mentem caesareo-regii de dato 23-a novembris 1716 ad gubernium dati benignissimi decreti ex aequo meruisse judicamus, pronunciamus et promulgamus, et cum iisdem omnem correspondentiam et commercium de simplici et plano universis et singulis principatus hujus incolis sub poena criminis laesae majestatis interdictum esse volumus, ac ad perpetuam nominis eorum ignominiam, fidelium laudem et male animatorum, si qui fors esse possent, terrorem declaramus, et cunctis ad notitiam damus.

Ex regio Transylvaniae gubernio
Cibinii die 28-va Januarii Ao. 1717.

Publicata per S. Köleséri
secretarium gubernialem.

(Másolat az Orsz. Ltár erdélyi fiscalis osztályában Miscell. No. 417.)

II. *Boér József kérvénye Mikes K. anyai jószágai tárgyában.*

Augustissime Imperator, Rex et Princeps Transylvaniae,
Domine Domine naturaliter clementissime!

Majestatem Vestram Sacratissimam de genu perquam demississime informandam habeo. Dominam genitricem meam, Evam, natam Torma sic cognominatam, duos in Transylvania habuisse maritos; primum: Paulum Mikes (ex quo Clementem Mikes), alterum vero Franciscum Boër (dum in vivis extitisset, comitatus Crasnensis supremum comitem), ex quo itidem me Josephum Boër progeneravit. Dictum autem Clementem Mikes, uterinum fratrem meum, patre orbatum, tunc adhuc juvenem, annum videlicet aetatis suae circiter sedecimum primo agentem, ad infidelem Rákóczium sub praeteritis motibus ex scholis, interruptis studiis, abductum, sicque (tunc adhuc dictâ mundum maturâ aetata suâ, esto utcunque excusabilem) fatali casu ipsum Rákóczium etiam e patria transfugum et in praesens infidelem ac proscriptum, secutum fuisse et denique siquidem (si vivit) jam sat maturus adeoque amplius haud excusabilis ad fidelitatem Majestatis Vrae Sacrae (inescatus ibidem vel seductus) ne in praesens usque redierit, inde bona ipsius paterna, cujusvis generis ac speciei, mobilia et immobilia, non tantum confiscata, sed et pecuniis ad rationem fisci Majestatis Vrae Sacrae regii incassatis jam divendita quoque essent et distracta.

Et licet idem Clemens Mikes, uterinus, velut supra, frater meus

an adhuc in vivis agat, me quidem lateat, qui utique si decessit, aut etiam si nondum decessit, sed ipsum fato ita ferente citius dictâ dominâ matre meâ decedere exposit contingat et de tali decessu ejusdem certitudo etiam fisco Mattis Vrae Sacrae regio innotescat, eo quidem in casu indubium, minusque disputabile foret, eundem fiscum Mattis Vrae Sacrae regium nullam juxta municipale jus et legem patriae realem ad bona materna, quae actu dominae genitricis meae propria sunt et ab eadem possidentur, formare posse praetensionem et acquisitionem; etenim praetensa talis acquisitio non esset actualis sed primo demortuâ ipsâ dominâ matre nostrâ per successionem ab eâdem tandem enasceretur et caderet in viventes, non autem prius ipsâ jam demortuas personas.

Ast e contra, etsi idem uterinus frater meus prius revera, quam toties fata (adhuc praesens per Dei gratiam superstes et in praesens sana et incolumis) domina mater mea, e vivis ille sublatus sit, vel fuerit; nihilominus ubi ista decesserit, si vel falsus de toties dicto altero infideli filio suo (ut saepe fit) talis quod vivat, rumor famaue prodiret, et tantomagis, si omnino ita foret, quod tunc quoque adhuc viveret et ego pariter superstes essem, erga falsam quidem talem famam statim ac domina mater nostra moreretur, e vestigio pro certo haeredi mihi, aut me quoque decedente aliis successoribus nostris dato eo casu magna cum injuriâ quoad ratam ejusmodi bonorum maternorum medietatem fâscalis enasceretur impetio.

Si vero ille infidelis filius nunc adhuc et tunc quoque superstes existeret, Mattisque Vrae Sacrae innatam alias sibi clementiam, vitaeque et bonorum gratiam medio tempore non mereretur, neque etiam assecutus foret et si casus et iste quoad bona materna altero filiorum in vita adhuc genitricis suae deviante sic enatus in questionem summi posset, attamen eundem in casum nobis exemplis aliorum edoctis, ne confiscatio plane ejusdem ratae maternorum bonorum medietatis per fiscum regium fors eveniat, merito cavendum adeoque benigna accedente Mattis Vrae Sacrae gratia et Clementia, ad hoc anteventendum agendum furet. Stb. stb.¹

Altefatae Mattis Vrae Sacrae

humillimus perpetuusque fidelis subditus et vasallus
Josephus Boër.

III. *Mikes Kelemen birtokainak összeírása.*

Specificatio portionum possessionariorum Clementis Mikes ante rebellionem per ipsum possessorum.

Jure actuali: in commitatu de Küküllő pagis *Királyfalva* ubi et curia; *Bénye*.

Jure successorio: sunt bona itidem in *Királyfalva*, *Dombó*, *Sövényfalva*, *Ádámos*, quae de facto per dominum Sigismundum Pernyeszy

¹ E hosszadalmas kérvényből, mely a hátirat szerint 1723 jul. 27-én nyújtott be, csak a családi viszonyt megvilágosító részt közöljük. Az okmány található az Orsz. Ltár erdélyi fâscalis osztályában. Miscell. No. 465.

possidentur; illo defuncto succedere deberent dnus Georgius Lázár et praefatus Mikes.

In comitatu Szolnok Interiori: pagis *Bacza*, *Mihályfalva*, *Orbó* atque aliis fors, mihi hactenus incognitis et ante rebellionem per eundem Mikes possessis.

In comitatu Colosiensi: civitate *Claudiapolitana* domus Keresztianae dictae medietas, cum appertinentiis et portione in *Bányabük* jure successorio ad praefatum Mikes spectantia.

In comitatu Albensi: portio in *Megykerék*, quam aliis oppignoratam jure Mikesiano d. Franciscus Boér, privignus Mikesii deposita summa reluit et nunc jure hypothecario per eundem possidetur.

(Az Orsz. Ltárban; erd. fisc. iratok No. 2270.)

Közli: ILLÉSSY JÁNOS.

DÖBRENTÉI GÁBOR FOLYAMODVÁNYA.

Serenissime Caesareo Regie Princeps Archidux et Palatine!

Domine Domine Benignissime.

Infrascriptus, pro statione Adjuncti Bibliothecae Hungaricae penes inclytum Museum Nationale, per resignationem Josephi Nicolai Kováchich actu vacante, sibi benigne et gratiose conferenda humillime supplicare sustinet, motivis e sequentibus:

1. Quod sit nobilis, patriae filius, *e comitatu Castriferrei oriundus*.
2. Studiis rite absolutis, quod fidedignis testimoniis comprobare par est, iter per Austriam, Bohemiam, in Saxoniam annis 1806 et 1807 fecerit, unde redux, in Transylvaniam vocatus, ibi, qua praefectus studiorum juvenis comitis Ludovici Gyulai duodecim amos expleverit et multos sibi cognitiones vitae socialis acquisiverit.
3. Quod praeter peritiam linguae hungaricae studio et assiduitate linguarum latinae, graecae, germanicae, gallicae, italicae et anglicae usum sibi familiarem reddiderit.
4. Habeat notitiam exactam Hungariae et Transylvaniae, quam sibi iteratis factis itinerationibus comparavit; uti etiam anno 1814 e Transylvania Viennam movens inde per Styriam, majorem partem Italiae fine ampliandae cognitionis et comparandae experientiae invisit.
5. Super dexteritate in stylo literario testimonium perhibere potest opus periodicum sub redactione instantis, cui titulus: Erdélyi Muzéum intervallo temporis in Transylvania exacti, editum, propter quod eum supremus comes comitatus Hunyadiensis in assessorem tabulae judicariae denominavit; quin immo libertate ab excelso Gubernio regio Transylvanico concessa, quamvis sine scitu instantis in honorem sui, moneta argentea cusa est, cujus exemplar etiam in Nummophylaceo Musei Nationalis exstat.
6. Quoad alias etiam cognitiones suas, vitae probitatem, culturam, sedulam sui applicationem et alias morales et physicas qualitates personales ad Transylvanorum testimonium provocare audet.